



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac Limitationibvs

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CLI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

Regulæ vtriusque iuris selectæ. 78

medietatem bonorum tantummodo amittunt. Vt in l. 5. tit. 16. & in l. 6. tit. 18. lib. 8. ordina.

Et circa hanc regulam, vltra supradictum casum in quo confiscatio bonorum fit ipso iure, vide decem casus per Matthe. de Afflic. in constitutio. Neapol. lib. j. Rubr. 2. nu. 15. Et 49. casus ponit Fran. Lucas de Parma in tract. de fisco, & eius priuileg. in 2. parte prin. per tota. Et 61. casus ponit Chassanæ. in consue. Burgun. in tit. Des confiscations j. §. j. Rubr. 2. nu. 10. cū sequen. fol. 89. col. j. Nouissime & melius quam alibi in iure ponit 250. casus Ludouicus de Cresso les in tractatu, in quibus casibus iure Ciuili omnium bonorum vel partis publicatio sit indicata, a pagina tertia vsque ad paginam finalem, vbi per paginas 90. ponit supra dictos casus.

REGVLA CLI.

CONTRACTVS factus ab vxore sine licentia mariti, nõ valet. Hanc regulam probat tex. in l. 13. tit. 1. Fori. quæ leges declaratur & intelligitur per l. 244. Styli. idem etiam disponitur in l. 55. Tauri. Circa quam regulam vltra Castilium & Doct. in d. l. 55. & Mat. talium in gloss. ad d. ll. Fori. vide Ioan. Bernard. in regul. 455. Pala. Roni. in repe. Rub. de donatio. §. 68. m. 6. Couarru. in Epitome 4. lib. in 2. parte, cap. 7. §. j. nu. 1.

Hanc regulam limitat decem modis Rodericus Xuarez in l. 13. tit. (De las leudas,) per totam, folio 44. cum aliis. Eandem regulam ampliat quinque modis, & limitat 18. Chassanæ. in cõsuetu. Burgun. in tit. (Des droirs.) Rub. 4. §. j. nu. j. cum aliis. fol. 127. col. 4. v. que ad fol. 130. & ibi notabiliter tractat materiã. Et circa hanc regulam vide And. Tiraquell. in legi. connubia. in gloss. 2. nu. 2. vbi per totam gloss. tractat materiã: & in gloss. 3. nu. 28. vsque ad finem ponit duas & viginti quæstiones circa hanc regulam, & in gloss. 4. ponit, an maritus per alium consensum prestare possit, & in glo. 5. ponit, an autoritas mariti debeat esse expressa vel tacita, & in gloss. 6. ponit quinque & triginta quæstiones circa hanc regulam, per totam: Et sic in effectu ex his omnibus possunt sumi quinquaginta limitationes ad hanc regulam.

REGVLA CLII.

CONVMA x regulariter non amittit causam principalem, sed condemnatur in expensis. Hanc regulam probat text. in l. prope randum. in §. si autem. C. de iudic. vbi sæpenumero cotumax vincit in causa etiam absens, si actor de iure suo non probauit. facit etiam tex. in l. & post edictum. ff. de iudic. est elegans tex. in l. diui fratres. in §. j. ad fin. ff. de libera. causa. vbi sæpenumero secundum seruum absentem, qui patitur causam status, fertur sententia. Hanc regulam